



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent, vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

Stapleton, Thomas

Lvgdvni, 1595

28. Domine, si tu es, iube me ad te venire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39463

deantur: de quo infra cap. 26. plura dicemus.

28. *Domine, si tu es, iube me ad te venire.*

Quum Petri fidem hoc loco omnes interpretes laudent & admirentur, ipsaque res gesta & Christi approbatio proclamet, sed & singularem Petri prerogativam supra ceteros Apostolos, quod solus super aquas ambulans ad Christum peruenit, veteres Patres obseruent, S. Chrylost. hom. 57. *Petri fides defenditur.* & Bernard. lib. 2. de considerat. ad Eugenium: vnus Calvinus, qui cum aliis hodie haeticis omnia Petri praelara facta & dicta vel traducere vel extenuare conatur, incredulitatem in eo & temeritatem arguit. Incredulitatem arguit, quia postquam Christus dixerat, *Ego sum*, Petrus tamen dubius & perplexus dicat. *Si tu es*, Sed illam vocem non dubitantis fuisse, verum maximè credentis & confidentis, illud adiunctum manifestè ostendit, *Iube me ad te venire super aquas*. Nulla enim fortior esse fides potuit, quàm iubente Christo, aquis se committere vt super eas ambulet. Nec vllus opinor hodie haeticus qui solam fidem semper vendicat, à Christo iustus hoc facere, idem tentare veller. Quare illud, *Si tu es*, idem significare potest, quod, quia tu es, vt saepe alibi in Scripturis. Infra cap. 19. *Si ita est causa hominis*, id est, quia sic se res habet in matrimonio vt dicit: *Si tamen iustum est*, id est, quia iustum est: *2. Thes. 3. Act. 26.* *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum*, id est, quia vel quod passibilis erat Christus, &c. Deinde si propriè accipiatur, non tamen dubitantis animum, sed maioris habendae certitudinis affectum demonstrat: vt illud beatissimae virginis, *Quomodo mihi fiet istud?* ad quae verba ipse Calvinus *Luc. 2. Calvinus a se ipso refutatur.* ita scribit. *Sciendum est non ita dubitare vel sciscitari vt sensibus suis Dei potentiam vel subicere vel aquare velit, tantum subita admiratione percussa ad mouendam hanc questionem rapitur.* Hæc ille. Eodem in Petri verbis candore vti oportuit. Videns enim tam inusitatum spectaculum, Christum super aquas ambulare, dicendo, *Si tu es*, non ita dubitauit vt sensibus suis Dei potentiam qua homo super aquas ambularet, vel subiceret vel æquaret: tantum subira illa admiratione percussus (erant enim omnes turbati, & præ timore clamauerunt, existimantes phantasma esse) ad experimentum istius presentiae Christi petendum rapitur: vt cæteris sanè fortior ac firmior in fide, non vt præ aliis magis dubitans. Quare impiè subiunxit Calvinus. *In fide tam exigua & debili erumpit parum considerati voti ardor, Iube me venire super aquas.* Christus enim hoc

non vt inconsiderati voti ardorem reprehendit, sed vt præstantissimæ fidei præclarū testimoniū approbavit, iubēs eum ad se venire super aquas, quod & de facto Petrus præstitit, ambulās super aquas vt ad Christū veniret. Cæterum ad hanc tam luculentam Christi approbationem vide quid cauillerit Caluinus. *Deus plerumque nobis prospicit, negando quod petimus, aliquando autem nobis est facilis, vt ipsa experientia stultitia nostra nos melius cōvincat.* Hæc ille, vt doceat ideo Christum voto Petri facile annui se, vt ipsa postea experientia stultitiæ suæ Petrū conuinceret: nempe quia paulo post submergi cœpit. Sed primū aduerte hoc cauillandi modo omnia priorum vota quibus Deū annuisse in Scripturis legimus, temeritatis quoque damnari posse. Nempe si cum Caluino dicamus Deū facile illis annuisse, vt ipsa experientia stultitiæ suæ eos conuincat. Cæterum tenendum est, Deū, tametsi electorum suorum piis ac laudabilibus votis non semper annuat (quod diuini sui consilij secretum est, qui infinite melius nouit quid nobis, & quando ac quomodo expediat, quàm nos ipsi,) stultis tamen & ineptis eorum votis nullo modo annuere. Istud enim esset stulta vota approbare. Vnde etiam sequitur, hanc ambulationem Petri super aquas, quā Christus primo verbo concessit, & quæ per se non nisi curiosa quædam & inutilis actio videtur, aliquid mysticū & in ipso Petro singulare denotare debuisset; prout Patres supra notati obseruauerunt. Neq; verò Petri postea periculū quādo submergi cœpit, prioris voti inconsiderantiā, aut prioris fidei imbecillitatē arguit, sed propter nouā, ingentē ac vehementē tentationē, nouā fidei defectionē atque imminutionē demonstrabat. *Videns enim ventū validū, ait textus, timuit,* id est, à priori sua confidentia defecit: & sic mergi cœpit. Quare Christus eū *modica fidei* appellat; modicæ videlicet respectu prioris, quæ multo maior erat, quando nec yndas nec vētos formidauit, *ambulans super aquas.* Tentatio quippe fidē probat, an constans & firma permanere velit. Nec qui tentationi succumbit, nullā propterea aut modicā semper fidē prius habuisse cōvincitur, sed in fide non permansisse plerūque ostenditur. Cæterum totā hanc nouam procellam nouāque tentationem propter quam timuit Petrus, dissimulat prorsus impius Caluinus, vt hunc Petri timorem & periculum subsequens ex priori incredulitate & timore ortum accepisse persuadeat. Ait enim quod *temeritatis suæ pœnas dare hic Petrus incipit. Dicit dubitationem eius fuisse directā fidei contrariam.* Denique *vanum*

Deus stultis suorum votis non annuit.

Caluini dolus malus.

cius

eius peruersumq; timorem vocat. Sic totam hanc historiam Euangelicam, ne aliqua singularis fidei commendatio in Petro appareret, homo impius corrūpit arque peruertit. Quod tamen ad eius singularem cōmendationem Matthæus scripsit, Marcus verò, qui Christi ambulationē super mare commemorat, hoc Petri admirabile factum more suo tacuit, vt cetera omnia quæ pro Petri prerogatiua faciunt: ipso hortante Petro, qui Marci Euangelium vidit & approbavit, vt notat B. Chrysoſtomus.

Homil. 59.
in Matth.

36. *Et rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicumque tetigerunt, salui facti sunt.*

Dupliciter vehementer hæc narratio Caluino, & iuxta commentarium quem addit, facile apparet, si Matthæi loco fuisset, vniuerſam hanc historiam altissimo silentio inuolueret eum voluisse. Sic enim ad hæc verba scribit. *Credibile est superstitione aliqua fuisse implicitos quum ad tactum vestis restringerent Christi gratiam: saltem illum fraudabant honoris sui parte, quum nihil virtutis sperarent ex simplici eius verbo. Sed ne lignum fumigans extinguat, sese accommodat eorum ruditati.* Hæc ille, pessimo suo fermento totam historiam huius Euangelicæ massam corrumpens. Diuus enim Matthæus volens ex proposito ostendere, quanta iam esset Christi redemptoris nostri existimatio & fama, quantaque populi illius loci circa lacum Genesareth, vbi plurimum versabatur, fides & deuotio erga Christum; sic de illis scribit. *Et cum cognouissent viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, &c.* Quid? An impius Caluinus hoc quoque superstitioni deputabit, quòd mittentes in vniuersam regionem, obtulerunt ei omnes malè habentes? At D. Petrus hoc in singularem Christi laudem commemorauit, prædicans fidem Centurioni & eius familiae gentium primitiis, quòd pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Quod si verò prior narrationis pars factum commemorat superstitione carè, quomodo posterior pars factum narrabit superstitione plenum? Deinde an solet Christus aliorum ruditati sic se accommodare, vt facta supersticiosa non solum toleret, sed & miraculis beneficis ho-

Caluinus
taxat quòd
Euangeli-
ca lauda-
uit.

Historia
Euangeli-
ca defen-
ditur.
Act. 10.

1.

2.

ROICE?